...rosenib[us]. Dans et concedens eisdem plenipotens suo plenaria facultatem absolutamq[ue] potestatem, quatenus Nobil[es] Nicolaum Felicem et Georgium Kotarskie succ[esso]ribus eorum de arenda bonorum sortium in villa Kotarzyno Czechorowo et Bandorzyno olim Gen[eros]i Stanislai Kotarski mariti sui regnantis haereditar[ium] et sibi regnantis vigore minor[is] adultatis et reformatorij ab eo cognati suo habitor[um] seniens, quietet idq[ue] quod in rem sui regnantis melius et commodius videbitur faciat et expediat, inscribens secum posteris suis id totum quidquid per ipsum conregotio actu et constitutus fuerit, ratum et gratum acti ipsmet regnantis [prae]missa fecisset suscepturum [prae]senti recognitione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Præmisliensi Feria Quarta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo Nono.

1629

Ligeza Tutores Constituit

Comparens personaliter coram officio actis q[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] Generosus Joannes Ligeza olim Gen[eros]i Andreae Ligeza filius sanus mente et corpore exens a terris districtibus iuribus iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedens, huic autem iurisdictioni Castren[si] Praemislien[si] quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisq[ue] suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse mortalitatis suae conscius consultumq[ue] [illegible] cupiens liberis suis cum Gen[ero]sa Anna Grabinska procreatis et in post divina favente clementia [procrean]dis, ne bona multo sudore et labore comparata dilapidentur, eisdem liberis et bonis suis morte sua derelinquendis Gen[erosa]s ac inprimis [prae]fatam Gen[ero]sam Annam Grabinska consortem suam veri primariam tutricem, Martianum Gributowski et Joannem Zegarth in tutores defensores protectores bonorumq[ue] [prae]fatorum morte sua derelinquendorum administratores eligit facit constituit et ordinat praesentibus. Dans et concedens eisdem

eisdem tutoribus suis plenariam facultatem et omnimodam potestatem bona omnia morte sua derelinquens regendi gubernandi disponendi et ad meliorem frugem reducens, filios ingenuis artibus et moribus honestis imbuens, filias in matrimonium elocandi vel in conobium tradendi, ac bona omnia eorumq[ue] liberos suos concernentia administrandi omniaq[ue] munia et officia veris tutoribus de iure incumbentia pro fide et integritate sua peragendi et exercendi, caeteraq[ue] pro temporum et rerum necessitate [illegible] salua cassatione [illegible] melioratione cuiusq[ue] [illegible] quoad vixerit se [illegible] hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Jaworski Tutores Constituit

Comparens personaliter coram officio actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] Generosus Lucas Nicolowicz Jaworski sanus mente et corpore exens a terris districtibus iuribus iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedens, huic autem iurisdictioni Castren[si] Praemislien[si] quoad actum praesentem attinet secum successoribus bonisq[ue] suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse considerans instabilitatem rerum vitam hominis brevem et mortem cuiuis semper imminentem praecustodiens ne bona multo sudore et labore a iuvenili sua aetate parta dilapidentur, pueris suis Nobilibus scilicet Nicolao Andreae Maruszio Cristinae et Halka filiis et filiabus cum Nobili Nastasia Bandrowska consorte sua procreatis et in posterum Dei volun[tate] procreandis, eisq[ue] [illegible] consorti suae Illustrem et Magnificum Martinum Krasicki in Krasiczyn Castellanum Leopoliensem Praemisliensem Lubomlensem [illegible] capitaneum et Gen[ero]sum Thomam Grochowski de Grochowce ac Nobilem Iwan Turecki in veros tutores defensores protectores bonorumq[ue] praefatorum morte sua derelinquens administratores eligit facit constituit et ordinat praesentibus. Dans et concedens eisdem tutoribus suis plenariam facultatem et omnimodam potestatem bona omnia morte sua derelinquens regendi gubernandi disponendi et ad meliorem fru[gem]